

DOMINICA XVI.

Ex Quæst. 37. & seqq.

PERPESSIO CHRISTI NOSTRI
æterna redemptio.

TEXTUS I. Pet. 2, 24. & seq.

Vers. 24. Christus peccata nostra ipsemet sursum tulit in corpore suo super lignum illud, ut peccatis mortui, justitiæ viveremus: cuius vicibus sanati estis.

Vers. 25. Nam eratis velut oves errantes: sed nunc convertistis vos ad pastorem & curatorem animarum vestrarum.

QUÆST. 37. Quid credis cum dicis,
passus est?

RESP. *Eum toto quidem tempore vitæ suæ, quo interris egit, præcipuè verò in ejus extremo, iram Dei adversus peccatum universi generis humani corpore & anima sustinuisse, ut sua passione, tanquam unico sacrificio propitiatorio, corpus & animam nostram ab æterna damnatione liberaret, & nobis gratiam Dei, justitiam & vitam æternam acquireret.*

QUÆST. 38. Quid causæ fuit, cur sub iudice Pilato pateretur?

DOM. RESP. *Ut innocens coram iudice politico damnatus,*